

Pecatum originale in illis delebitur sacrificio.

1. quæst. 2. art. 2. quæst. iunc. 2. in corp. & 3. part. quæst. 70. art. 2. ad 4. Ex his, aliter quàm diximus (si usus corruptionis apud Nationes prævaluit in ortu vel pòst fœminarum) exponitur in corruptio de Rebecca. Virgo erat & incognita viro: nimirum, virgo, quia à viro non cognita; & virgo, quoniam non deflorata nec à fœmina. Iunge in intantum expositio- nis versiones præfatas.

Ezech. 44. August.

Porta clausa & numquam aperta est Deipara semper virgo.

34 Restat adhuc exponendum illud Ezechielis de Regina cœlorum Deipara Virgine Maria allegoricè, vel ut aliquibus placet, literaliter dictum: Porta hæc clausa erit: non aperietur, & vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israël ingressus est per eam, eritque clausa. Augustinus de Mariæ virginitate auctoritatem intelligit, Serm. 2. de Nativ. vel 6. de Tempor. De Mariæ generatione, & porta erat clausa & non aperta. Porta clausa, id est signaculum pudoris, immaculatæ carnis integritas. Non enim est violata partu, qua magis est sanctificata conceptu. Iarè Galatinus observat ubi supr. Porta clausa, Non aperietur, Eratque clausa; quali pro triplici Virginis tempore, cum Virgo extiterit ante partum porta clausa, in partu non aperta, & post partum semper clausa. Primum contra Ebionitas: secundum contra Iovinianum: tertium verò contra Helvidium. Vide Irenæum, Augustinum & Alphons. à Castro de Hæresib. Unde Paulinus Consularis Carm. de Baptis. v. 103.

Sponsa marito Sed magis læta Deo, mundi parturata salutem Virgo illibatam servabat casta pudorem.

Maria semper specialis virgo inter virgines.

Hieron.

Cur dicitur portæ

Sedul.

35 Diximus Tom. 1. Tautol. 6. num. 34. etiam fœminis, pro conditione felicissima status iustitiae originalis, concipientibus & parturientibus illata integritate carnis, Mariam esse adhuc singulariter virginem; quippe, quam illæ fœminæ adhuc illo in statu non habitura, integritatem puritatis habuit. Porta pudoris, in qua signaculum virginitatis, clausa erit (& per Epitafium, ut alius certitudo commendetur) non aperietur, eritque clausa. Clausa in Christi conceptione, & non aperietur vel in partu. Vivide: quippe asserunt multi fœminam virginem posse concipere; uti diximus loc. cit. num. 31. illibata virginitate Maria Christum concepit, & quod maximum est, peperit. Vide quantum miraculum apud Ildelphont. de Mariæ virginit. cap. 3. Petr. Damiani in Nativit. Virg. Serm. 3. Rupert. lib. 1. in Matth. Bernard. Homil. 2. sup. Missus est, & Serm. 2. de Nativ. Dom. Ambros. de Virg. inffit. cap. 7. August. Serm. 138. de Temp. Canis. lib. 1. de Deipar. cap. 1. & Theophil. Raynaud. in Diptych. Marian. 1. part. punct. 7. Haud ita usveniret fœminis in statu originalis gratiæ: aperirentur siquidem illarum claustra pudoris, licet illicò redirent ad integritatem carnis, numquam verò ad integritatem puritatis, quam haberent ante viri congressum. In Maria semper fuit flos huiusmodi puritatis, uti in singulari virgine, & præcunctis adhuc in ipsa virginitate, præstantiore. Maria igitur, ut ait Hieronymus lib. 13. in Ezech. & in Apolog. pro lib. advers. Iovinian. Est porta orientalis semper clausa, & lucida, operiens in se, vel ex se profertens Sancta Sanctorum: per quam Sol insitit, & Pontifex noster secundum ordinem Melchisedech ingreditur & egreditur. Et Venantius Honorat. de Part. Virg. v. 33. & 51.

Cuius non poterat Deitas per aperta videri, Velamen sumpsit, carne videndus homo. Hæc porta est clausa, in quam intrat vir nemo, nec exit, Nisi Dominus solus, cui quoque clausa patent.

Sedulius lib. 2. v. 46.

Pro Virgine testis Partus adsit, clausa ingrediens & clausa relinquens, Succinit etiam Cardinal. Arator in Act. Apostol. lib. 1. v. 57. Porta Maria Dei genitrix intacta creantis, Anato formata suo. Mortalia gignens, Et divina ferens, per quam mediator in orbem Prodiit, & veram portavit ad æthera carnem.

Arat.

36 Hæc de Tautologiarum littera: modò cursus deflectatur ad mores; quippe omnes Interpretes conveniunt sine versione vel in terminis testimonij principalis.

ADI.

ADINATON EXEGETICUM.

Epil. Ex curs.

- 1. Sicut stellas cœli. Et super faciem telluris: Sanè, ut qua terrena, apareret cœlestis conceptio Virginis. 2. Stellas cœli. Est differentia loci: quandoquidem in coniugatis virginitas, splendoris vehementia, superat stellas. 3. Stellas cœli. Etenim plusquam in cœlo sidera, fulget in carne virginitatis gratia. 4. Stellas cœli. Profecòd in signe, videre ho-

- mines inter Veneris flammæ, sicut in cœlo miramur splendescere stellas. 5. Stellas cœli. Aptè, non ab origine splendor, sed origo à splendore. 6. Stellas cœli. Pater virtutis magnitudo, si rutilat uti stellæ fulgent in cœlo. 7. Stellas cœli. Fulgor qui in stellis cœli, magis fulgurabit in pulvere. 8. Stellas cœli. Amoris præstantia, qui stellæ cœli videntur in terra.

DIDASCALIA PRIMA.

Maria est pretiosa margarita orbis terrarum.

Cyrl. Maria cur margarita pretiosa

Plin.

Venant.

Plin.

Non habuit lapsum.

Sedul.

ITA plauditur à Cyrillo Alexandrino Homil. 6. Contra Nestor. Non tantum margarita, sed pretiosa: igitur licet margaritæ pretiositatem habeant, & ob illam momenta contineant; pretiositates æstimabiles unioium, respectu huius margaritæ, quasi non haberent pretium: Dos unioium (ait Plinius lib. 9. cap. 35.) in candore, magnitudine, orbe, lavore, & pondere. Iarè dicitur pretiosa margarita, quæ continet omnia. Pulchra super gemmas splendorem Solis obumbrans, Alta super cœlos, & super astra nitens, Cbara, benigna, micans, pia, sancta, veneranda, venusta, Flos, decor, arator, palma, corona pudor. Canit Venantius de Part. Virg. v. 349. Ecce patent pretiositates unioium: & pretiositati additur: Quod nullo lapsu franguntur: ita Plinius ubi supr. Amplior est Virginis pretiositas, quam demonstrat singularitas: igitur in pretiositate commendabile momentum, nec habuit lapsum. Pondere corporis in conceptione filiorum Adam (qui labuntur, antequam nascantur) amittitur candor animæ, ex se margaritæ pretiosæ: & solummodò Virgo nitet margarita pretiosa orbis terrarum; quoniam illi vel in conceptione adhæsit candor, dum aliæ lapsu franguntur. Gratia plena Dei est, qua totis gentibus extat.

non indiget arte, uti cætera gemmæ. Non artifice politur, perpolitur dum formatur: Virgoque virginum plauditur pretiositate singularis margaritæ, quoniam habuit pretiositatem à conceptione. Nequit esse margarita sine pretio, nec sine gratia Virgo: auctis in margarita momentis pretiositatis: quippe hanc obtinuit vel ab instanti primo conceptionis. Altiore causa nititur comparatio, ut notescat quanta Dei Virgo Mater vel à principio. Semper enim respondent effectus causæ iuxta principia inconcussa naturæ. Sequuntur filij similitudinem principiorum à quibus constitutionem accipiunt: & margaritæ formationi consertur aptè conceptio illibata Mariæ; quippe summum prodigium, egrediente concha ex concha, quod in concha genitricis videretur margarita. Hispan. Saiga una perla. E cœlo dicitur à Plinio, Rondeletio, & Raco margaritæ formatio. E terra formatur Virgo: & dicitur uti margaritæ consuetitudo cœlestis, ut constet illibata conceptio Virginis Matris. Stellas cœli dicitur ab Scriptura. Sunt etiam Stellæ in terra: igitur si illa à primo formationis momento nate fuerunt lucidam formam; Virgo ab ipsa animatione consecuta fuit gratiam: etiam maiore prodigio, quia visum in mundo, quod rutilabat in cœlo. Contemplamur ergo in Virgine quantum prodigium & ex parte naturæ, & ex privilegio gratiæ.

Sed essentia simul & gratia

Puritas cœli in carne.

Gen. 22. 17.

Conceptio Virginis semper huiusmodi.

Ab arbore Adami per ramum Iesse provenit Virgo, de qua natus est Iesus; & dicitur à Propheta: flos de radice eius ascendet. Hæc arbor nunquam protulit flores, quippe corruptæ ab origine radices, Minime creperum; sed conceptione Virginis exponendum prodigium: quandoquidem

II. II. 12

2. Deinde. Margarita ut pretiosa sit

dem

dem non egreditur ut germen arboris à radice, sed de radice infecta tamquam flos gratia. Orietur stella ex Jacob. Intelligitur de Virgine. Quo pacto stella, si compacta ex carne? Quia Virgo fulget in carne, sicut stella celi: igitur si astra puritatis insignia, Virgo Mater in mundo concipitur ut stella: fultis enim claritate gratiae lucis à primo instanti purissimæ conceptionis.

4 Pulchritudini igitur à Poëtis & Oratoribus assignatæ comites Gratia. Ideo Pulchritudo sine gratia ab Apelle dicebatur infusa, ut notat Erasmus in Apophthegm. lib. 7. igitur, licet picta & arte elaboratâ, deërat illa gratia (& certum quid) quæ à Grecis dicitur Charis: quasi pulchritudo venusta: quippe venustas non potest esse sine pulchritudine, sed pulchritudo potest sine venustate. Unde Plautus plurib. in locis dicit: Quæte amat, tumque expetisit pulchram pulchritudinem.

De quo nos ex professo tom. 5. Tautolog. 3. ad illud Cant. 4. 7. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Hinc de Virgine virginum à Greg. Nicomed. orat. de Oblat. dicitur: Pulcherrima pulchritudo pulchritudinum, pulchriorum omnium summum ornamentum: etenim non solum pulchra, sed venusta, & tota.

5 Gratia ergo comitabantur pulchritudinem, ut canit Mantuan. Virgilius de Rosa. Senec. lib. 1. Benef. cap. 3. & late Vincent. Charar. de Imag. Deor. in Vener. fol. 342. & in Gratij. fol. 355. Delicemus enim acumina, ut clareat unde pulchritudo gratiosa. Mundus huiusmodi societatem admittit in phantasia lenocinium, amicitia civili idololatriâ, velamine urbanitatum: igitur adorat peccus, quod inaurat dolus, & ludunt adorantes simulachra, quippequam venerantur, quæ fingunt corda. Gratia & pulchritudinis Vates excogitant nexum, ut mutè exprimatæ singulare prodigium: igitur haud mereret reflexionem pulchritudo peregrina, si abesset à pulchritudine gratia. Ex mari & aquis salis originem fixerunt conceptionis, ubi Gratia prævenere exitum, ut haberet ex universali amaritudine singulare principium: ne pedem poneret super superficiem infectæ terræ, quin à primo animationis esse comitarietur speciosa Gratia.

6 Hæc ex tabula delineata à cæca Antiquitate, in cuius umbris relucet summitas latentis prodigij. Velamina sunt quæ quidem obtundunt propter absentiam fidei sacramentum: sed referatis fide ostendi-

tur spectabile prodigium. Nubes opposita luminis veritatis, quibus diffectis splendor rutilat Solis. Pulchritudo & gratia. Singularis idea! Perveniunt ipsæ res sacris mysterijs per fidem ultra fitiones: igitur plaudent terre cœlique Regina in primo naturæ instanti præventa à gratia. Deinde. Privilegium Vates iudicarunt, apparere nuper natam è mari Deam ita pulchram, ut non contraheret ex sanguine maculam. In Dea ficta vel fictæ Gratia assistunt nativitate: Maria verò vel in ipsa conceptione; ne aliquid interveniret temporis, in quo natura non duceret à Gratij. Dex. quando posuit in via gressus suos: Virgini antiquam formaret gressus. Dex., ut pede proculcarer, procul lubricitate tellurem: Virgini antequam moveret pedem. Dex. assistunt Gratia è periculo egredienti: Virgini ante egressum, quippe non habuit gratiæ præveniente periculum. Im Dea habebat in natura esse, dum occurrerunt Gratia: Virginis autem sine gratia haud leve instans in natura, Illa exivit è mari turbata à pusillanimitate spiritus & tempestate: hæc ita immanis à procella universalis culpæ; ut pateret prodigio, totius generis viso naufragio, quod ubi restabat universorum periculum, ibi inveniret Virgo feliciter portum.

7 Aliquid amplius innuit Ethnicorum cogitatio, dum socijs Gratij mundo apparuit eximia pulchritudo. Libertas ab originali labe consistit & in tempore, & temporis præfessione. In tempore propter primum animationis instans, sine minima intellectus dependentia. In temporis præfessione, propter instantis ab intellectu signum, quo aptius purissimæ conceptionis exprimitur argumentum. In instanti, quippe nullam, in quo natura caret gratia. In signo, quippequam in illa, prius concipitur gratia, quam natura. Nunc verò clarescit conceptionis argumentum, & Virginis in conceptione prodigium. Qui socijs Pulchritudinis fecerunt Gratias, etiam Gratiarum sorores fixerunt Horas: verum primogenitas, quam Gratias. Tres Chrysisippus Gratias ait, Iovis & Eurymones filias esse, atate autem minores, quam Horas, sed meliuscula facit, & ideo Venris datas comites: subdit Seneca ubi supr. Sit ergo. Cæterum quid interest Horarum præcedentia Gratij, in commendationem, vel dispensium pulchritudinis? Maximum: quo enim in Virginis conceptione exprimitur miraculum summum. Cum Horæ essent primogenite, quam Gratia; iam cogitabatur tempus, quo sine gratia inveniretur

Num. 84. 17.

Quæ pulchritudo pulchra

Virgo pulchra & venusta. Gregor. Nic.

Pulchritudinis comites Gratia.

Eius in mundum exitus.

Maria cum esse habuit gratiam.

Imago Iovis, & Gratiarum.

Senect.

In Virgine non fuit tempus sine gratia.

Gen. 1. 14.

Sol nunquam sine luce.

Cant. 6. 2.

Virgo sine luce Gratia inefficacior, nec momento temporis.

natura. Si simul essent, essent simul in eximia pulchritudine & tempus & Gratia. Ibi primò genita: in Virginis conceptione simul exorta: siquidem non fuit tempus, vel instans, quo concepta natura caret gratia. Horæ & Gratia simul, quoniam in illa simul tempus & Gratia. Nascuntur unâ Virgine concepta. Non sunt sorores, sed ipsæmet entitates. Horæ & Gratia eodem tempore, quoniam Virgo cum splendore gratia ex primo instanti.

8 Ergo recedant vetera, luce novâ. Simul acceperunt esse mundus & tempus. Primo die facta est lux, tertio verò die Sol, qui in sententia D. Thomæ fuit prima lux: sed illud è inter alia Soli suprema concessa dignitas, & Superioris maiestas (quippe lucret maiestate, qui in folio maiestatis præest splendore) cursus illius designatur ut sit in signa & tempora (id est, in signa temporum per Iovianus & dies & annos. Grave argumentum habet huiusmodi auctoritas. Si Sol ut luminare maius signat tempus, & iam erat tempus, priusquam Sol; patet quod ante constitutionem Solis, non erant signa temporis, aut tempus signatum in descriptionem operum. Deinde: ex tempore constant momenta, ex momentis horæ, ex horis dies: cur igitur si signatur dies primus, etiam secundus, & tertij cursus; non signatur dierum tempus? Quid obstat, si ante Solis constitutionem tempus erat, quod describeretur, priusquam Sol videretur in natura? Commendatio constitutionis Solis, qui cunctis superior astris. Si signaret tempus priusquam Sol; cogitaretur in Sole prius tempus, quam cogitaretur lux; & quamvis est tempus, non signatur, ut Soli constituto commendetur. Esse cum claritate post decursum temporis, in Sole non erat mirum. Videndum erat in Sole singulare privilegium: & quamvis tempus iam existeret, sub silentio manet; quoniam nec fuit instans temporis, quo corpus Solis esset sine ornatu lucis.

9 Transsumus in mirabilioris Solis lucem, ex umbris lucis splendens Solis. Maria progreditur electa ut Sol. Et Sol signum est temporis, dum à tempore signatur? Utrique. Hoc est signum magnum in Virginis conceptione. Si prius signaretur tempus, prius conciperetur esse naturale Solis, quam forma lucis; & signatur meditante tempus post conceptionem; quoniam non esset prodigium, si esset sine luce vel in temporis instanti. Si Virgo concipitur instar Solis, sine luce nec momento temporis. Aptius. Tempus signat conditionem naturæ, Sol in natura

esse lucidum gratia. Natura fuit prior, amulando temporis principium, quam Sol nascitæretur lucis exordium: ceterum cum conceptio Virginis singularis, uti singularis, sequebatur radios Solis; prius rutilat Sol mirabilis in gratia, quam tempus signet existentiam in natura. Præterea: Aliquæ prærogativa ornanda, quæ futura Mater Dei, dum concipitur in esse naturali velut Sol. Tempus est index operationum naturalium in conceptione reliquorum hominum. Perventur in natura præfixus ordo, dum Solis fit constitutio: igitur si in cæteris tempore destinato post conceptionem, gratia rutilat radiis; in Virgine eminet singulari prodigio, quod fit gratia, & ante tempus.

10 Claret amplius. Tempus prius factum Sole; sed Sol ostenditur ut signum temporis, dum tempus est mensura universalis. Non miraremur Solis prærogativam, si tempus priusquam Sol non haberet existentiam. Si Sol prior esset tempore; lucem præcessisse naturam, haud signaretur uti singulare. Stat prodigium, ex eo quod Sol posterior quam tempus, designaret tempus, quod fuerat prius: igitur esse naturale conditionis præcelsit splendor lucis. Ergo in propositum. Corpus humanum tamquam massa infectæ Adami, devenustat animam ingressu primo naturæ: igitur anima ex se non coinquavit nisi per corpus, quo includitur. Aliquod privilegium spectandum erat in conceptione Virginis, licet ex infecta carne primiparentis: etenim, infusa corpori animâ, à primo instanti quo fuit, apparuit corpus purissimum tamquam Sol. Aliter essent Horæ priores, quam Gratia: & ut signarentur vel à conceptione Virginis excellentiæ; non dicitur in historia sacrauisse tempus & Solem, sed Solem temporum iudicem: quia nec instans in toto tempore quibat signari, quo Virgo Sol rationalis esset sine gratia luce.

11 Etiam plus venustatis considerandum in speculo Solis. Ex aquis quasi ex crystallo purissima cogitant Expositores astra fuisse formata. Consule Përicium & Alapid. hic, de creationis quarto. Anastasius Sinaita lib. 4. in Hexaem. materiem Solis cogitat, sicut Adami ex terra: Cum Solem sicut Adam super terram esset fabricatus, postea in altum sublevarum posuit in firmamento. Quo videtur degener ab excellentia, lucret singularis præstantia. E terra formatur homo, & in eius conceptione macula communiatur ab infecta terra; dum altra formatur adinstar crystalli luminosa: fit, veram necessarium, celebrare uti naturæ miraculum.

Priusgenitio & ordine singulari.

Ex quo fuit fultus ut Sol.

Gen. 1. 16.

Anast. Sj naita.

Xy lum,

Purissima  
ma cry-  
stallus.

lum, quod terreum & ex terra impura corpus, resplendat in formatione ut purissima crystallus. Si Virgo non esset ex ipsamet terra corrupta in Adamo, haud mirabilis eius pura conceptio. Non solum puritas, sed summa puritatis videnda erat in conceptione Virginis, ut inter omnes esset Virgo singularis: & nullum maius prodigium, uti natura in propagatione incognitum; quam quod corpus formaretur ex infecta terra Adam, & praestaret simul corpus pulcherrimum tamquam Sol. Haud sapit terram ex qua formatur, & in cuius splendorem concipitur. Illam à primo instanti comittatur lux: quid mirum, si progredietur ut Sol?

Math. 17.2.

12. In mirifica filij Transfiguratione videtur theatrum, quo exponitur stupor conceptionis prodigium. Resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta autem eius sicut nix. In Sole intelligitur anima, quae radios lucis gratiae foras emisit, & cuius lumine totum corpus resplenduit. In nive natura corporis humani, ad cuius albedinem, ut portemus imaginem caelestis, si portavimus imaginem terreni, urget Paulus dicens: *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum, eum qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius, qui creavit illum.* Invenitur homo in primo animationis instanti impurus, labe originaria, quam pro haereditate filij reliquit Adamus; quousque post per baptismum dealbatur anima, & reditur nivii humana natura. Haec gratia post ortum est: aliquibus privilegio in tenebris uteri materni exorta est lux: sed purae creaturae nisi Virgini non accidit in ipsa corporis animatione. Haec, licet filia Adami, fructura speciali privilegio, ut singularis fuisset conceptio vel à principio: siquidem à primo instanti corpus in quo gratiae lux, albicavit quasi nix. Ni macula removeatur à corpore, statim inhaeret animae: & visa fuit gloria nova, dum concepta fuit Maria; igitur illi, cò ut corpus, animae vestis, apparuit ut nix, anima Virginis gratiae resplenduit ut Sol.

Corpus  
Virginis  
ut nix,  
anima ut  
Sol.

Quae nix  
atrat?

Oyven.

13. Sicut nix, dicitur. O miram excellentiam! Renovatur in agnitionem secundum imaginem eius qui creavit illam. Sicut nix. Propriissimum simile, dum Maria esse accipit naturale. Paradoxum fuit Anaxagorae, nivem atram esse. Vide Laërtium, Cicero, in Luc. Unde Oyvenus retorquens ad mores lib. 1. Epigram. 115. canit: *Dicit Anaxagoras, atram esse nivem, gravis auctor.*

Haec aetas multos vidit Anaxagoras. Unice in conceptione Virginis potest verifi-

cari paradoxum opinionis. Illa massa candida humana naturae decolorata est originaria labe, quippe evanuit color candidus & rubicundus, & remansit nigra quasi corpus. Non erat portio materialis in homine, quae huius veneni non laboraret nigredine. Nigra est, & erit coram Domino huiusmodi massa, quoniam toxicum imbuta à radice infecta. Quod ex candore formarentur pura corpora hominum, minime magni haberetur prodigium: sed verè magnum, quod corpus ex nigra traduce Adam, in conceptione candidum rutilaret tamquam nix. Nam enim videtur nix formata ex nigredine, cum formetur corpus Virginis ex carne Adami.

Splendet  
in tenebris.

Cant. 1. 5.

Eius singu-  
laris  
conceptio.

1. Reg. 7.17.19

Virginis  
immunitas  
inter  
crimini  
catenas.

14. Nigra sum, sed formosa: dixit Sponsa Maria. Quomodo nigra, si pulchra, à qua procul macula: Quomodo nigra, dum praedicatur formosa? Formosa & nigra? Uti que. Privilegium speciale! Nigredo spectat carnem, ex qua formatum Virginis corpus. Pulchritudo splendorem gratiae, quo fuisse animus; qui quidem sine privilegio federeatur ex primo instanti conceptionis, fulgine supplantationis originis. Quod virgo formosa esset, quin haberet originem regularem naturae; esset prodigium, sed nequaquam privilegium. Concipienda erat singularis in portentum orbis: & concipitur summe pulchra & speciosa, ex eadem animata massa, quae in ceteris erat nigra. Formosa fuit à principio, singulari privilegio: etenim à conceptione venulata est floribus, vel dum peccato denigrata radix.

15. Summitas artis excelsit in fabrica Salomonis. At inter cuncta, ut opus mirum, designantur capitella columnarum. Ita enim habes: *Quasi in modum retis & catenarum, sibi invicem miro opere contextarum :: super capita columnarum quasi opere lilij.* Mira utique omnia, sed non plauduntur retia, catenae, aut lilia: dumtaxat igitur nexus retium, catenarum, ac liliorum. Cur igitur plauditur operis huiusmodi nexu, & non opus? Columna significat Adamum, tamquam humani generis fundamentum. Firma maneret rationalis columna, si in proposito maneret: ceterum ictu valido serpentis fracta, posteris pro floribus reliquit vincula & retia: igitur ab illo constructa catenae, quae proles devincta nascitur, quippe inter retia calamitatum in ampliores, atque graviores concipitur. Cuncta in columna retia & catenae, non lilia: & dum inter vincula formantur lilia, dicuntur iure ordine miro contexta; quippequam cum vincula significant originale pi-

Falset ut  
lilium.

Nam. 24. 17.

Ut stella.

5. Cor. 25. 47.

Forma-  
vit gra-  
tia, quasi  
non effe-  
x terrea  
natura.

culum, in Virgine videndum erat prodigium: siquidem expers fuisse in carcere carceris, dum alij gemunt transgressionis catenis. Expandit crimen rete pedibus hominum, dum Adamus extendit in lignum vitium manum: dirapit vincula gratiae, ubi concepta Maria: igitur apparuit primae transgressionis immunitas, inter criminalis catenas. Insuper meditatur Salomon inter vincula retium, fasciculum florum, ut conceptionis Virginis notum faciat opus mirum: etenim dum posteriores Adam, ex quo concipiuntur, sub pondere catenarum infelicitate gemunt; tamquam in eadem conditione, & origine miraculum, rutilat Virgo insignis candidum lilium. Ultra progredemur, ni late fuissent examinata acuminata Tom. 1. Tautolog. 4. Didasc. 14. à n. 24.

16. Oritur stella ex Jacob, & etiam dicitur, quod oriente stella, *conspurget virga.* Quo pacto virga, si stella? Stella respicit caelum, sed virga truncum. Ex Adamo virga, ex caelo stella. Uti virga Virgo intendit in truncum primiparentis: uti stella manum Conditoris. Lux stellae designat gratiam, origo virgae naturam: & prius dicitur stella, quam virga; quoniam natura Virginis praevanta à gratia. Singularis constructur conceptio, unde necesse fuit, quod virga degeneraret à truncu: siquidem fulsit purissima stella, ubi ex radice Adami concipiebatur ut virga, rutilante gratiae luce, vel in ipsa conceptione. Stella & virga, quasi non esset ex animata terra: siquidem concepta in terra, purissima ex patris truncu, quasi haberet originem ex purissimo caelo.

17. Primus homo, Adam, ait Paulus, *de terra terrenus; secundus homo de caelo caelestis.* Virgo est filia Adami, Adamus ex pulvere. Si esse terrenum Adami communicat virgo filio, quo pacto filius potest dici homo de caelo? Distinguitur materia caelestis à sublunari, in eo quod haecine subiacet mutationi. Visum fuit in conditione humana, status conditione perversa, dum à felicitate originalis gratiae corruit in barathrum culpae. Homines uti filij Adami sunt terreni, peregrinis accidentibus subditi: & Christus esset in conditione terrenae carnis, designatur à Paulo de caelo caelestis: quia

eius matrem licet trunci Adami germen, formavit gratia è caelo, quin admitteret peregrinam impressionem.

18. Observetur modò Pauli contrapositione inter primum hominem & secundum, ut puritatis effulgare: argumentum. Primus homo è principio terreno, haud oblitus conditionis, vel à principio: secundus vero ex utero Virginis, quasi è caelo caelestis. Haud videtur summa enormis magnitudo, quod caelestis sit è caelo, sicut non novum, quod sit terrenus, qui è massa terrae, seu pulveris conditione: cur ergo Paulus primum vocat de terra terrenam, terga ingenem portantem, secundum autem de caelo caelestem, originis designantem conditionem? Potest fieri aliter? Potest, & patet opus in conceptione Virginis. Primus homo Adam ex terra terrenus, quippe in eius formatione à terra sumptus. Secundus è caelo, quoniam conceptus homo de Spiritu Sancto. Secundus de caelo, primus de pulvere terrae: restat adhuc ut conceptio exprimitur Mariae; in qua gratiae ita fulsit pulchritudo, ut cum esset ex Adamo, quia puritatis videbatur de caelo.

19. De caelo, meditatio dixi: *Progredietur Virgo ut Sol.* Quare eius conceptio confertur formationi Solis, & non formationi Adami, dum Virgo provenit nobile germen ab Adami radice? Aptior videtur collatio ad Virginis excellentiam; igitur Deus hominis condebat naturam, & clarificabatur gratiam: & Virgo non progredietur, ut eligatur Adam, sed ut eligatur Sol? Nax. Maioris miraculi specimen formatio Solis edidit, quippe Deus in Solis formatione materiam formam posteriorem protulit. Vide Gregorium Nazianz. *Orat. 43.* Licet in eodem temporis instanti, prius in corporis formam è pulvere disposuit materiam, quam Deus communicaret rationalem formam. Prius visus est lucis radius, quam Solis formaretur ad lucem corpus. In Adamo prior fuit materia; quam forma: in Sole prior fuit forma, quam materia; quod quidem singularis in formationibus, cum indi-geat materia praevijis dispositivis accidentibus: & formationi Solis confertur Virginis in esse naturae initium; quippe Solis inter cunctas fuit singularae miraculum.

20. Patet iam proprietates symboli conceptionis singularis, in formatione Solis, & non hominis. Luce indicatur gratia: Sole corpus, quod format naturam. Prius cogitata existens natura, quam gratia communicata, uti visum in Adamo, in quo materia praecessit formam: in Sole praecessit forma

Sol non  
caelestis  
materiam.

Cant. 64  
91.

Singulari  
re in na-  
tura mi-  
racula.

materiam: & formatio Solis, non Adami exponitur symbolum in Virginis conceptione: igitur in Sole Maria lux inerat gratia, priusquam corpus formaretur à natura conditione, est in ipomet instanti. Sol rutilat. Sol solus: & sola Virgo in conceptione ornata fuit gratia luce. Formatio Solis fuit catagrapha amplioris novitatis. Fracta sunt leges naturæ præcedentia formæ: & in hoc eminet vivacitas symboli; quandoquidem dum natura, exposuit conceptum, patuit naturæ miraculum. Patuit nix, aurum, liliium, cælum, Sol, Luna, crystallus, Nilus, olympus, laurus, fons, hortus, puteus, rosa, adamas, margarita, pyramis, cythara, & arca. Nix, quoniam ab origine candor. Aurum, quia rubiginis expers. Liliium, quippe ab indecore decor. Cælum, igitur citra umbram. Sol, itaque medijs formosus in aquis. Luna, quia sine macula, gratia plena. Crystallus, igitur umbram nescit. Nilus, quia purus profuit. Olympus, siquidem sine caligine. Laurus, quoniam triumphat intacta fulmine. Fons, quippe purus ab origine impura. Hortus, quia serpentina clausus. Puteus, etenim aqua ab amara, non amarus. Rosa, ex spinis sine spina. Adamas, quia caret macula. Margarita, quia è cælo concepta. Pyramis, sine umbra. Cirrhara semper consona: Arca demum Noëmicæ libertatis; quippe expers generalis discriminis. Ergo dicamus cum Ioanne Geometra Hymn. 3.

Symbola varia conceptio sui inierunt Virgini.

Geom.

Gaudet concretum sublimi corpus Olympo, Et vitij nostri crimine Virgo carens.

DIDASCALIA II.

Cæleste non terrenum coniugium Virginis & Ioseph.

Rupert.

August.

Tria bona matris monij etiam matrimonio Virgini & Iosephi.

1. Exclamat merito N. Tuicentis Abbas de Gloria filij Dei lib. 1. seu cap. 1. in Matth. Quomodo coniugium? Non permisso corporis sexu, sed cusodito mentis affectu: ait Augustinus lib. 2. de Consens. Evang. cap. 1. & lib. 1. de Nuptijs & concup. cap. 11. etiam lib. 5. contr. Julian. cap. 9. Nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi proles, fides, sacramentum. Prolem cognoscimus ipsam Dominum Iesum: fidem, quia nullam adultarium: sacramentum quia nullum divorcium. Rupertus ubi supr. Coniugium verum & sanctum; coniugium cæleste, non terrenum: nimirum in eo quoddam spiritus &

una fides erat in eis, sola illic definit corruptio carnis. Propterea verisimè dixit Paulus: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de celo cælestis. Unde Zelada de Benedic. Patriarch. §. 240. num. 4. exclamat. O felicem ditatem in unitate indivisibilis conjunctionis animarum! Maria & Ioseph anima individua est, una plures, alia ipsa. Quod omnino expenderem, ni fecissem Tom. 1. Scen. sac. Orat. 3. Ex quo constat coniugium Mariæ & Iosephi verum, per indivisibilem conjunctionem animorum: ut ait D. Th. 3. part. quæst. 29. art. 2. in corp. Sanctum, idest purum, quippe matrimonium ratum, non consummatum. Cæleste denique, quoniam proles sine virginitatis corruptione. Hoc nostrum propositum.

Rupert.

Zelad.

Quod fuit verum ratum & cælest.

Venanti.

Matth.

Mirum; quod corruptibilia, sint ut corpora gloria sua.

Benard.

Insignia castitatis.

2. Quam aptè Venantius lib. 1. de Partu Virgini. v. 30.

Nupit honore novo.

Quisnam novus honor in nuptijs? An quia fructus cum flore virginitatis? Diximus hic Tautol. 2. Didasc. 12. Aliquid indicatur in huiusmodi nuptiarum honore, Sponsus sanè commune. Perpende. Quæstioni Sadduceorum de semina ducta a septem viris, respondit Assertor N. In resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in celo. Ita in resurrectione: sed erit insigne, quod in corporibus hominum natura miretur huiusmodi dignitatem, ante futuram corporum resurrectionem. Dotibus gloriæ tunc florebut corpora carneæ, illo in statu minime corruptibilia: & mirum utique corpora corruptibilia esse in carne quasi corpora gloriosa. Homines erunt, sed in resurrectione quasi non essent homines; igitur vivent in alia felicitate sine carnis conditione. Hoc mirum: verum magis spectandum, quod induit carne vivant in mundo, sicut Angeli sancti vivunt in celo. Quid castitate decorius (ait Bernardus Epist. 42.) que mundum de immundo conceptum semine, de hoste domesticum, Angelam denique de homine facit? Differt quidem inter se homo & Angelus, sed felicitate non virtute: etsi illius castitas felicitas, huius tamen fortior esse cognoscitur. Sola est castitas que in hoc mortalitatis, & loco & tempore statum quemdam immortalis gloriæ representat. Habentur etiam Tom. 4. Tract. de Morib. & offic. Epist. cap. 3. Summum bonum quod avertit mortalibus in carne immortalitatem, & in loco & tempore corruptionis, in corruptionem. Summum: verum hoc Didasc. seq. Ergo propositum.

3. Neque nubent, neque nubentur, sed erunt

erunt sicut Angeli Dei in celo. Ideo erunt sicut Angeli Dei in celo, quia nuptijs non erit locus, & caro vivet sine corruptione in illa felicitate. Aliquod prodigium hoc prodigio singularius, jam viderat mundus in Sponsa Maria & Ioseph, ultra quod non erat plus: siquidem nubentes virginitatis consortio, erant sicut erunt, qui nec nubent, nec nubentur. Nubunt & nubuntur homines: illo tunc alitruum, quod non sint Angeli, igitur carnis propagantur corruptione. Coniugium tendit in prolem, abdicens corporum integritatem: & huiusmodi Sponsi erat sicut Angeli Dei, quia in eorum coniugio virginitatis micavit rutilus flos. Virginitas in Angelis dicitur felicitas, in hominibus fortior: fortior & felicitas Mariæ & Ioseph in hoc misero statu, quàm Angelorum in celo: igitur hi gaudent virginitate sine corpore; illi verò Angeli puritate, in ipsa carne. In corpore carnis: phrasis est Pauli. Cur non in carne corporis? Ut rutilent in his coniugatis splendor virginitatis, collata horum virginum puritate, cum Angelorum candore: igitur Angeli virginæ sine carne corporis, Maria & Ioseph sine corpore carnis: quandoquidem in coniugio floruit virginalis animus, quasi non haberent corpus.

Virginis Maria & Ioseph filiorum Angelica.

Coloss. 1. 12. Non habuerunt corpus carnis in corpore corporis.

Secundum carnis conditionem carnis.

Claud.

Novus honor in huiusmodi coniugio. Genes. 2. 17.

Ad quid igitur colorum? Quia Angeli sunt in terra: respondet Bernardus de Verbis Ipat. Sermon. 3. num. 2. Quare ergo utrobique Angeli, discrimen notatur loci? Ut signetur Angelorum differentia. Construunt naturam Angelicam Angelica conditio, & Angelica operatio: & Angeli colorum designantur loci notati, ut mirifica appareat conditio Angelica in conditione humana: igitur puritate & candore Virgo, coniuxque vixerunt in terra, uti colorum Angeli vivunt in gloria. Iuxta operationes cognoscuntur naturæ, & sunt excellentiores, si opponuntur conditioni. Conditio status coniugij non designat virginitatis decorem, sed fructus fecunditatem: & dum Iosephi & Mariæ cæleste demonstratur connubium, designantur Angeli colorum in exemplum: igitur habuerunt in natura humana per gratiam; quicquid Angeli obtinent puritatis per naturam.

6. Observa insignem Tautologiam: Qui est de terra, de terra est. Quid hoc? Expresio excellentis matrimonij Virginis & Iosephi. De terra est, & non est de terra: quippe non terrenum, sed cæleste, dam contrahitur connubium illata virginitate. Angelicas æmulantur actiones isti coniuges cælestes, celebrantes puritate connubium, sicut essent Angeli colorum: quandoquidem amplior in matrimonio gloria, quod terrenum non esset ortum ex terra. Conferatur huiusmodi Tautologia cum alia ab eodem auctore in eodem sermone dicta. Qui habet sponsum sponsus est. Qui est de terra de terra est. Alter quit esse? Quit. Rutilat in hoc cælesti coniugio, virginitatis singularis commendatio. In matrimonio de terra, terra cuncta, quippe corruptione carnis maculata. In connubio quod in terra, sed non de terra, flos servatur virginitatis: & in Virgine & Ioseph nexus dicitur cælestis; quoniam Ioseph sanctissimus Iosephus, Sponsam Virginem habuit, quasi non esset Sponsus.

7. Si aliquod hieroglyphicum huius cælestis matrimonij fingerem, pro corpore emblematis eformarem annulos ferreos non inter se, sed extrema superficie magnetis virtute coniunctos, cum lemmate: Iungimur, non nectimur. Vel iugum, seu uodum cum epigraphæ: Iungit, non unit. Magneti inesse huiusmodi virtutem constat ex Augustino lib. 2. 1. de Civ. Dei cap. 4. Cernebam (inquit) à magnete lapide ferreum annulum raptum, atque suspensum, deinde tamquam ferro, quod rapuerat vim dedisse suam, commanemque fecisse, is annulus adnotus est alteri, eumque suspendit: atque ut ille prior lapidis sic

Matth. 24. 36.

Virgo bant in terra sicut Angeli in gloria.

Ioannis 3. 31.

In connubio cælesti.

Ibid. 5. 29.

Quasi non essent sponsi.

Emblemata coniugij inter virginis.

August.

sic alter annulo priori annulo cohaerebat. Lamque sibi per mutua connexis circulis non implicatorum intrinsicis, sed extrinsicis adhaerentium quasi catena pependerit annulorum. Accinit Solorzanus Emblem. 67. Feruens arcano trahitur magnetis amore

Relect.

Annulus, inde alium protinus ipse trahit. Magnate signatur amor, annulo matrimonium, vel corda contrahentium, ut ait Pier. Valerian. lib. 41. Hierogl. cap. 8. & huiusmodi annuli virtute magnetis attracti exponuntur in indicem purissimi matrimonij; quippe licet corda Virginis & Iosephi amore in connubio iuncta, corpora ad nexum nullo modo copulata. Ex corporum traditione constat coniugium tam caeleste, quam terrenum: caelesti deficit usus, quia thorus immaculatus, non permissio corporis sexu, sed affectu cordium conciliatio: unde servata corporis atque mentis puritate, matrimonium Mariae & Ioseph plauditur iure caeleste; quoniam est in matrimonio iungantur, non connectuntur.

Genes. 24.

8 Micet igitur umbra clara. De Sponsis, illic ut Eva producta, venustate decorata, dixit Adamus: Erunt duo in carne una. Eadem profert Christus, sed aliquid addit: Erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo, sed una caro. Quidam vult hoc esse? Quantum sapio, quantum capio. Quid est hoc: Erunt duo, non erunt duo? Quomodo si erunt duo, duo non erunt? Quid est hoc: Qua lege duo non erunt, qui duo sunt; & quia sunt duo, coniunguntur matrimonio? Haud ulla aptius poterat explicari phrase matrimonium ex puritate caeleste. Virgines erant Maria & Ioseph, ac in matrimonio duo sunt: sed non sunt duo in matrimonio coniuges, quoniam in coniugio virgines. In matrimonio minimè neantur, est coniugio iungantur, in cuius caelestiarcano & sunt duo, & non sunt duo: duo non sunt, quoniam sponsi; & sunt duo, quia minimè copulari. Duo non sunt, quoniam unum corda bina: & duo sunt, quippe adhuc in coniugio bina sunt corpora. In coniugio terreno unum corpus ex diversis efficitur: in caelesti corpora, & non corda numerantur; quoniam corpora diversa, sed cor & anima una.

Marc. 10. 2.

Quo pacto Maria & Ioseph duo, et non duo?

Matth. 21. 2.

9 Restat adhuc alius honos, qui novus in mundo, ut confert huiusmodi matrimonium de caelo. Inter coniugatos virgines non est proles: & visa est proles esse coniugati virgines; ut novitas pateret singularis honoris. Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam conveniret, inventa est in utero habens. Ecce

caelestis matrimonij auctoramen, cum proles videtur, antequam conveniret. Dum est proles, coniugati non sunt virgines. Novus addendus honos, matrimonij caelestis decus, inter virgines sponso. Si convenissent, haud novum, quod consequerentur fructum: sed esset sine honore virginitalis, in qua summitas honoris. Caeleste matrimonium gaudet utroque: & exponitur inter sponso uti novum & mirabile, quod prolem virginealem haberent, & antequam conveniret. Si bona matrimonij sacramentum, fides, sed non proles inter virgines; ut coniunctio omnino clareat mirabilis, etiam inter virgines sponso rutilat proles.

Non erat prole matrimonium nisi ex semine.

10 Percipitur modò Matthaei difficultis textus. Christi autem generatio sic erat. Quid est sic? In his statim: Cuius esset desponsata Maria Ioseph, antequam conveniret, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto. Generatio est ex viro & femina, virginitalitate corrupta. Erat sic Christi generatio? Nullo modo. Christi autem generatio sic erat. Quomodo? Non erat sic. Generatio communis fit ex utroque parente: Christi autem generatio ex matre coniugata, sed non ex coniuge: quippe uterus intumuit per prolem, antequam sponsi propter prolem conveniret. Sicerat Christi generatio, matre coniugata viro, ut proles esset sine femine proles, in commendationem matrimonij caelestis: etenim inventa est habens de caelo, quod in terreno conceptura ex viro.

Ubi supra.

Matthaei 21. 8. Virginis conceptio mirabilis.

Ioan. 3. 6.

11 Rutilat miraculum. Quod natum est ex carne, caro est, dixit Dominus Nicodemo. Id est, quod natum est ex homine, seu ex hominis femine: quod in Scriptura saepe dicitur caro. Haec generatio communis est: Christi autem generatio non sic: cum mater esset desponsata viro, non ex viro habuit in utero, sed dumtaxat de Spiritu Sancto, ut caeleste videretur coniugium, & prodigium illatenus arcanum: igitur quid oriebat divinum & non ex carne, & vera caro conceptus & non ex femine. Christi autem generatio sic erat, ut mater in Ioseph haberet sponsum, & nullo modo maritum.

In qua praedictum.

Dignus ager Domini generans sine semine frugem. Et sine casta seges messe repleta places. Canit feliciter Venantius de Part. Virg. lib. 1. v. 245.

Venantius

12 Clarus promam. Potest dari licet non partus, naturalis conceptio in virgine, illibato pudore; ut vidimus Tom. 1. Tautolog. 6. in Exposition. litt. num. 31.

4c.

verum tunc non erit carnis puritas, esse sit carnis integritas; quia conceptio semper ex commissione sanguinum, & non est purum quod mistum. Non sic generatio Christi, quia erat ex virgine singulari, & integritate corporis, & integritate puritatis: integritate corporis, quoniam virgo; & integritate puritatis, quoniam humana conceptio sine semine humano. Integritate corporis, quippe factus non ex voluntate viri: integritate puritatis, quia opus Spiritus Sancti, divina virtute facientis, quod virtus in consorte naturalis: diciturque Christi generatio ex virgine desponsata viro, & concipiente de Spiritu Sancto; ut in Virginis utero videtur insigne, quod caro nasceretur, & non ex carne.

Lev. 12. 2.

13 Innuat Scriptura. Mulier si suscepto semine pepererit: inquit, Quotsum igitur, si nequit parere sine semine? Ut clareat, quid in caelesti coniugio singulari.

Alc. A. vic.

Intactam matrem pro spermate Sanctus ad umbrat Spiritus, hac tantum sanctum praebente cruorem, Inde caro Verbum efficitur, quique imperat ipso Cum Patre in caelo, & materno in corpore servat. Ante eorum de Patre, & matre in tempore natus, Seminis hinc expers omnino, & temporis illine.

Priviligium Mariae & Ioseph.

Canit perproptèr Alcimus Avitus lib. de Castit. laud. ad Soror v. 235. Desponsatur igitur Virgo Ioseph, at de Ioseph semina nequaquam sumperat. Christi autem generatio sic erat: ut mater puritate carnis pareret, quin in foetum semen susciperet a consorte. Virgo desponsatur, & ex illa tunc filius Dei homo concipitur. Magnum utique privilegium Mariae, sed non minoris habetur Ioseph, ut Sponsus Virgo pareret, quod ab illo non susceperit.

Matth. 1. 20. 21.

14 Anxius Sponsus Ioseph de uxoris fecunditate, quievit; dum illi Angelus in somnis apparuit, dicens: Ioseph fili David noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Si filius Virginis de Spiritu Sancto, quo pacto ad Iosephum nominis impositio? Pariet filium Virgo-Mater, sed non ex Iosepho: quid Iosepho, si factus tantum a Spiritu Sancto? Ex iure desponsationis, ut coniugij claret gloria caelestis. In matrimonio terreno femina parit marito, ex quo formata conceptio;

quippe in eius potestatem cedit, quicquid in fractum foemina concipit: & sit contractus desponsationis inter coniuges virgines; ut particeps Ioseph esset, in quo non particeps: igitur iure connubij cedebat Iosepho, quod in Virgine natum de Spiritu Sancto. Haud de desponsata conciperetur homo Dei filius, nisi aliquid ex Virgine nupta virgo haberet Sponsus: & quidem mirabile, quod Virgo Iosepho pareret, quod à Ioseph non susceperit. Nomen filio imponit: sed non proprio filio, sed Virginis. Proprium reputabatur, dum erat coniugis: siquidem Ioseph lege matrimonij proprium, quod in Sponsa miraculose de Spiritu Sancto natum.

Virgo pater perit lo. serbo, quod non susceperit ab illo.

15 Iuxta Iuristenconsultos, Instit. de rerum divis. §. cum in suo, quicquid, licet ab alio factum, in proprio fundo natum, iuris est, cuius est solum. Unde fons mirabiliter in fundo exortus, est eius cuius est fundus, haud aliter ac si ibi naturaliter featurisset. Ita igitur Virgo per coniugium erat possessio Sponsi, qui dicitur pater Christi, quoniam Christus est non factus ex Iosephi femine, nihilominus tamen natus ex coniuge. Unde Fortunatus de Part. Virgin. ut vidimus num. 12.

Virgo Ioseph passus seipsum.

Dignus ager Domini generans sine semine frugem. Et sine casta seges messe repleta places.

Ioan. 4. 5. 6.

Observa insignem allegoriam. Venit Iesus, ut transiret per Samariam, Iuxta praedium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sup. fontem. Virgo mater fons est; ut quarat peccatricem, sedet fatigatus supra fontem: igitur Virgo trahit, ut quiescat qui fatigatus peccatores quarit. Dedit igitur Iacob huiusmodi fontem, ubi sedet fatigatus Iesus, filio Ioseph: quare ergo si donatus, non dicitur fons Ioseph, sed fons Iacob? Quia erat, & non erat Ioseph. Erat, quia praedium, in quo fons, in possessionem acceperat: & non erat, quia in originem fontis non influxerat: etenim habebat in proprio fundo, cuius origo ab Oceano. Filius Dei factus homo significatur in fonte. Virgo-mater in possessione praedij, Pater aeternus in Iacob, Sponsus Virginis in Ioseph: cuius possessus non dicitur fons; quia featuriens, licet ex possessione Virginis, erat origo fontis ex inderutabili Oceano divinitatis. Non habuit Ioseph concursum in fontis ortum; & quia conceptus, hominis citra concursum; verum eius erat fons, quippe creditus Ioseph, cuius Sponsa Virgo Iosephi pulchra possessio, ex qua filius altissimi, fons lucis, natus

Quia quid habebat Virgo cedit lo. serbo.

**Ioseph**  
quo iure  
pater  
Christi

ut homo. Non fuit pater Christi Iosephus ratione originis, sed fuit pater filij Dei ratione Virginis coniugis: ex qua proprius vel cœlestis fructus, quia licet non usus, ius illi datum in Virginis corpus.

**Bernar.**  
Elogia Io  
sephi.

16 **Fidelis servus** (exclamat Bernardus Dominus suae matris solatium, suae carnis nutrimentum, solum in terris magni consilij coadjutorem fidelissimum: igitur felicior Amphitruone, vicie fabularum cogitationes veritate: quandoquidem meruit mortalis, ut pater diceretur filij Iovis. *Mundissimus erat in virginitate, profundissimus in humilitate, ardentissimus in charitate, altissimus in contemplatione, sollicitissimus pro omnium salute, ad similitudinem Virginis illius Sponsae suae, ut videlicet esset adiutorium simile virgini*: ait Bernardus Senens. tom. 3. Sermon. de Sancto Ioseph. Hi duo cherubim respiciunt se mutuo, veris semper vultibus in Propitiatorium. Vir Virginis Ioseph dicitur. Sat, & eorum adaequatum, si inter æquales debet esse matrimonium. Vir Mariz: restat ne quid laudi? Næ. Mittitur Angelus ad virginem desponsatam viro. Pater laudis plenitudo. *Viro*: mirum sane, quod virtutibus tantis ac talibus fuisse homo. *Angelus erat* (ait Isidorus de Isolanis 1. part. cap. 20.) moribus, societate, intellectu, voluntate, officio, ac contemplatione. Hinc intelliges illud Hieronymi, lib. 1. *Comm. in cap. 2. Matth.* ubi: *Magi* (postquam Dominum infantem adorarunt) responsum accipiunt non per Angelum, sed per ipsum Dominum: ut meritorum Ioseph privilegium demonstraretur. Quia responsum acceperunt per ipsum Dominum, Iosephi demonstratur privilegium: igitur ad illum loquebatur Dominus facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum: Ni intelligas ex huiusmodi locutione altius privilegium singulare. Angeli inferiores minimè nisi ab Angelis superioribus illuminantur: pariter Iosephi magnitudo, dum immediate illuminatur a Deo, ut esset in conditione homo, sed Angelus superior officio, quorum munera emulatebatur societate, voluntate, contemplatione, moribus, & intellectu. O verè cœlestis coniugium! O par sine pari virginum coniugium!

**Bernar.**  
Mirum,  
quid esset  
homo.

**Lucæ.**  
27.

**Isola.**

**Nicon.**  
Privile-  
gis meri-  
torum Io-  
sephi.

**Corn.**  
Gal.

O niveas laces! O tempora dulcia! vere  
Aurea Saturni saecula fuisse senis.



### DIDASCALIA III.

#### Virginalis integritas Angelica portio est.

**D**efinit S. Augustinus. lib. de Sanctis, *Virginit. cap. 2.* Sicut Angeli caelorum, etiam sunt Angeli terrarum, ut ille qui habebat Angelos in caelis, virginitate haberet Angelos & in terris. Voluit Christus promerere, uti potest homo pervenire perfectione, si perfectionis fatagat. Angeli caelici, & Angeli carnei. Angeli, & homines. Illi in caelo, ubi felicitas: hi in mundo, ubi calamitas. Illi sine contradictione puritatis: hi cum adversitate corporis. Illi naturæ, at hi gratiæ: & sunt Angeli cœlestes, quia sunt Angeli homines: quandoquidem supra naturam in natura fragili, angelico puritatis candore, habitant puri mundum, sicut Angeli in caelo videntes Dominum.

**Sicut stellæ caeli**, exponit Dominus genus Abrahamæ. Quo pacto genus mortale sicut stellæ caeli? Gravati pondere carnis homines appetitus umbris subiacent, alia verò licet corporea mirabiliter splendent: & homines dicuntur sicut stellæ caeli, vivent paritate in carnis contradictione; igitur pluraquam in caelo sidera, lucent in carne virginitatis gloria. In hoc sensu verum est, quod cecinit Boetius de Consol. Philosoph. lib. 3. Metr. 9.

*Tu causti animas paribus, vitasque minores  
Provebis: & levibus sublimis curribus  
aptans.*

*In caelum, terramque seris.*  
Sericè sane, dum fulgor stellarum micat in candore virginum: igitur sicut stellæ in caelo, micant virgines in mundo. Pater celestis per resurrectionem Christi, ex mortuis regeneravit homines *In hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, conservatam in caelis in vobis*: ait Ecclesiæ & Apollolatus vertex. Difficile prorsum, Quomodo in vobis, si in caelis? Caeli sunt incorruptibiles, ac corruptibiles homines: & propria iam hominum, quæ corporum propria cœlestium; quippe puritate donatos, terrigenas homines candor mutat in caelos.

**3** Hac pretiosa hæreditas est in carne virginitas: quæ quidem plausa in cœlestibus, & merito eminet in hominibus: quandoquidem huiusmodi virtute, cœlesti hæreditate, corruptibile conservatur incorruptum,

August.

Matth.  
24. 36.

Virginitas  
angelici  
hominum.

Genes.  
22. 174

Sicut stel-  
lae caeli  
fulgent in  
infimo or-  
be.

Boet.

Candor  
virginitatis  
caelestis.

Cut vir-  
ginitas  
conser-  
tur caeli

Mach.  
9. 10.

1. Petri  
1. 4.

Sant. eccle-  
s. animas  
ita.

Terra  
fuit ste-  
llas.

prum; deturbabile incontaminatum, languidum immarcescibile, & cœlestis quid in carne: stupente natura, quomodo in carne floret, quod in carne crebro languet. Haud sine præmio vel in hoc mundo t preciosa virtus, quam fovet mundum corde carneum pectus. Conditio opponit huiusmodi hæreditatis pulchritudini: & dicit Petrus *In caelis, in vobis*, tamquam mirabile: quippequam mirum, candor florens in caelis, quod conservetur in vobis.

Quatuor Prædicamenta designantur in isthac cœlesti hereditate: *Substantia* scilicet, *Qualitatis, Quando & Ubi*, live temporis; & loci. Substantia, dum dicitur *Incorruptibilis*: Qualitas, quia *Incontaminata*: tempus, quia *Immarcescibilis*; & locus, quippe *Cœlestis*. Ecce locus, ubi videnda hereditas speciosa; verumtamen per virginitatem locus etiam invenitur in terra; dicitque Petrus *In vobis, in caelis*; ut pateat quanta gloria castitatis: siquidem quod futurum in caelis, per virginitatem etiam apparet in vobis. Est differentia loci, quin sit loci differentia. Est differentia loci, quia à tellure dilatæ caelum; & differentia non est; quippe caelum, si cor mundum. Trahitur Deus puritate, & mundo corde, ut ibi tamquam in caelo habitet. Ibi caelum, ubi sedet: & dum designantur virgines, merito dicitur, *in caelis, in vobis*: etenim castitate habitabit in vobis, qui habitat tamquam proprio throno in caelis. Carnis locus proprius terra est. In peregrina ducitur, dum in caelo collocatur. Perfectè mirabilia, sed magis spectanda, dum caeli videntur in terra, vel ubi mutantur sine discrimine loca: igitur in commendationem castitatis, citra discrimen tam caelum, quam virgines important incorruptionem. *In caelis, in vobis*. Est in vobis, qui est in caelis: siquidem per mundiciam cordium, corda virginea transformantur in caelum.

**4 Sidera caeli**, cepse dicitur in Scriptura. Necdum cognoverat mundus, esse sidera in terra. De omnibus quibus Christus Dominus contulit regnum caelorum semper dixit. *Est Simile est regnum caelorum homini Regi, Scriba* &c. dum virginitatis confert, non dicit: *Est*, sed *Erit. Simile erit regnum caelorum decem virginibus*. Mundus hoc arcum non novit, licet regnum Dei intra homines esset: & dicit Christus *Erit in virginitatis indicem*, quippe pridem non cognoverant virginitatem. Novam familiam Salvator N. inlinit; & caelum novum in terra nova formavit; ut per candorem rutilissimum virginum, inter homines esset regnum caelorum. Quod impossibile vide-

Tom. II. Tautol.

batur Profanos in terris instituitur à Christo: *Terra foret stellæ*. Feret absdubie: quandoquidem illibata virginitate, in terra splendent mirè sidera caeli.

Ovid;

**5 Fiant luminaria**: iussit Dominus. Verum ubi? *In firmamento caeli*. Ubi ergo firmamentum nisi in caelo? Quare igitur caelum additur, dum firmamentum exponitur? Quia in terra etiam futurum animatum firmamentum. *Erit firmamentum in terra*: ait Regius Pfalteres. Si firmamentum caelum, quomodo in tellure erit firmamentum caeli? Sidera sunt ornatus firmamenti, ibi collocata, ut luceant, & illuminent terram: & in terra signatur etiam firmamentum; quia in terra cordium fulgebunt homines virginitate, sicut luminaria fulgent in superiore firmamento caeli. In caelo sunt stellæ: in terra homines: & erit firmamentum in terra, quia homines virgines fulgent in mundo, quæ admodum sidera rutilant in firmamento. Erat firmamentum caeli, ut lucentes super terram sidera: necdum erat firmamentum in terra: & dicit David *Erit*: quia Christus cum venerit: ex terra caelum formabit: siquidem lilia castitatis in infimo mundo lucent, sicut in firmamento caeli sidera florent.

Genes.  
1. 14.

Pf. 77.  
16.

Et in  
illa est  
firmamen-  
tum

Si in terra lucet virginitas, terra fert stellæ: stellarum sedes est firmamentum. Si homines virginitate, vel potius caro virginea transformatur in alstra; non novum, quod per virgines sit firmamentum in terra. *Caelum caeli Domino*. Aptè. E terra etiam formatur caelum: & dicitur *caelum caeli*, ut constat etiam aliud esse caelum Domini: igitur in terra requiescit virginum corde, ut sedet in caelo caeli. *Caeli caelorum* illum capere non possunt. Non possunt caeli caelorum, & valent caeli terrarum: igitur caput virginitate intemperatum pectus, quem nequam potest capere caelorum ambitus. *Caeli caelorum*, ut micet virginitatis momentum: etenim hac virtute, quod fragile & omnino caducum, solidatur in caelum.

Pf. 123.  
16.

1. Regi  
8. 27.  
Et caeli  
ex terra;

Sunt homines & non sunt homines: sunt homines fragilis conditionis, & non sunt homines fragiles. Sunt in se, contra se, & super se. *Homo sacerdos* dicitur: Sacerdos & homo? Utique. Pessimus erat. Infra se erat, de terra erat, cum super se deberet esse conditione status: & sacerdotis non est bona conditio, dum est homo. Potius cœlestis, quam terrenus debet esse sacerdos, ut congruat vita conditioni status: & dicitur homo, dum non decet vita sacerdotem, in iniquitatum indicem: quippe si homo in di-

1. Mach.  
7. 14.

Sacerdos  
debet esse  
in carne  
Angelus,

Zu

gni;

gnitatis officio; minus, quam homo. Non est quod est in constitutione, si plus debet esse ex collata dignitate: igitur dedecet quod in carne sic homo, qui debet esse in carne sine carnis desiderio.

5. Reg. 2. 1. 2.

6 De filijs Heli dicitur: *Filij Heli filij Belial.* Homines erant, & non erant, homines, quia homines erant. Homines erant in officio sacerdotum: & homines non erant, quoniam non habebant virtutes sacerdotum, sed officium. Homines erant, & ideo non erant, quoniam erant homines: quippe in dignitate sacerdotij tantum homines, non sunt homines, sed demones. Homines erant, sed diabolici, fraude, lasciviam, impietate. Officium sacerdotis elevat hominem in Angelicam classem: & non dicuntur filij hominis, cuius erant filij; sed filij diaboli; quoniam sunt infra se vel in conditione hominis, qui supra se non sunt incumbentiam dignitatis: siquidem sequuntur in officio caducam hominum formam, quam mutare debebant in conditionem Angelicam.

Luc. 1. 5.

7 Perpende. De Alcimo impio sacerdote dicitur: *Homo sacerdos.* De Zacharia patre Ioannis Baptiste non dicitur, quod fuit homo: *Fuit in diebus Herodis regis Iudaeae, sacerdos quidam nomine Zacharias.* Si Alcimus homo, cur Zacharias non dicitur homo? Quia non erat homo Zacharias. Pessimus sacerdos non est homo, quia homo: & probus sacerdos, quia plusquam homo. Pessimus non est homo, quippe transit in diabolicam indolem: & bonus non est homo, quia in Angelicam transformatur conditionem. Ille quia sequitur desideria cordis, hic quia excellentiam sequitur dignitatis. Pessimus, homo & non homo, quia totus corpus; probus non homo, quippe totus spiritus. Sacerdos malus non homo, quia malus, cum sit sacerdos. Sacerdos bonus non homo, quoniam in corpore Angelus. Ille quoniam in carne carnis sequitur conditionem. Hic vero contra, quoniam in carne extra carnem.

Bonus Angelus.

Rom. 7. 5.

8 Nota exemplar in Paulo. *Cum autem essemus in carne, passionem peccatorum, quae per legem erant, operabantur in membris nostris.* Quando igitur Paulus non fuit in carne, ut dicat asseveranter: *Cum essemus? Lamentatur se in seipsum lege carnis, quasi de corpore mortis, oppressus illecebris, laetatus deliciis, captus dulcedine, & profert: Cum essemus in carne? Non vivit? Utique: sed non vivit in carne, qui carne extra carnem vivit. Verum hoc Didasc. seq. n. 13. Vivebat Paulus in carne, antequam transi-*

set in gratia legem, in qua instituerunt sacerdotem: & quamvis constet carne, non est homo; quippe fungitur sacerdotis officio. Officium sacerdotis est hominis viatoris per carnem mortalitate constantis: & dicit cum essemus in carne, quasi non esset, dum sacerdos viveret: igitur ubi homo sacerdotis auctoratur officio, potius Angelus, quam homo. Non pendet carnis constitutio in carne, sed a carnis corruptione: & carnem minimè vocat carnis constitutionem, quoniam sectabatur officio virginitatem.

Potius quam homo.

9 *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis:* dicit Paulus de Adamo & Christo. Christus ab Adamo est, carneus primus, carneus secundus. Quo ergo pacto secundus caelestis, si primus, ex quo secundus, cum corpore carnis? Cato potius dicitur a corruptela, quam a forma, & constitutum ex carne vocat Paulus caelestem; quippe eius caro numquam vidit corruptionem. Primus constitutus erat ex carne, verum sequente conditionem carnis. Ex carne etiam secundus, quin haberet vel nebulam conditionis: & primus dicitur carneus, caelestis verò secundus; quoniam homo, qui in carne aliquid habet non carnis, est ex terra homo caelestis.

1. Cor. 15. 47.

Vel homo caelestis.

Signavit Christus singulari voce, & vigilantis phrase. Sollicitudinem rerum temporalium abigere conatur a discipulis, & ait: *Hec enim omnia gentes inquirunt.* Apud Lucam autem sic legitur: *Hec enim omnia gentes mundi inquirunt. Gentes mundi?* Cogitato. Num sunt homines ex alio mundo? Non sunt, sed quia dissimiles ceteris, mirabiles sunt in hoc. Si sequantur conditionem carnis, sunt ex hoc mundo, sed non sunt ex hoc mundo (si munda caro) quoniam virginitatis virtus tollit homines ad caelos: & homines reliquos Christus signat gentes mundi quoniam virgines extant homines Angelici. Homines carne sunt, & supra homines. Ex mundo hoc, & etiam ex alio mundo: si ex alio mundo, quid quod homines caelestes, carnem habentes sine conditione carnis?

Matth. 6. 32. Luc. 12. 30.

Non ex hoc mundo.

10 Succinit Paulus. Nova vita adventu Salvatoris apparuit, novus homo, novus mundus; igitur venit, ut eriperet nos de presenti saeculo nequam. Paulus in mundo est: quomodo in mundo creptus ex mundo? Quia minimè in mundo vivebat ut homo. Vivebat in mundo, cum esset in carne: & non vivebat, quippe vivebat, quasi in carne non esset. Per amorem mundiferae castitatis, homines transformantur in caelestes: & est in mundo, & non est in mundo;

Galat. 1. 4.

Per carnis naturam non vivit extra carnem.

do; quoniam in carne veteri novus homo. Homo vetus erat in mundo, cum esset in carne veteris hominis, sequens desideria carnis: novus homo est virginitate in carne, qui constat corpus, sed quasi non haberet, cum carne extra carnem vivit. Quicumque extra carnem est, minimè in hoc mundo stat: & Paulus etiam vivat carne ut homo, non vivit carne in hoc misero mundo; siquidem per virginitatis amorem, erat in carne extra carnem.

Quartus

Magna operaturus Christus celesti nova doctrina, cuius in mundo non erat scientia. Non novum ex mundo eripi, & iudicari extra mundum, qui non est in carne. Novum utique, esse in carne, & in carne non esse: & Paulus dum in mundo est, eripit de presenti saeculo nequam, ob castitatis de corpore carneo singularem victoriam: igitur non magnus qui mortuus carne, sed qui in carne mortali mortuus à corde. Nova vita est, quoniam ex carne corruptio, & floret caelestis sine corruptione caro. Novus mundus, quippe gratia virginitatis, quos viderat carnos, gratia homines caelestes. Novus denique homo, quia in hoc mundo ex alio mundo, vel quia in carne sine carne iam non homo.

2. Cor. 10. 3.

11 Causam & excellentiam promittit Gentium Doctor, ut inter homines fulgeat Angelicus splendor. *In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus.* Ecce Angelica portio, vel dum exponitur caro: etenim non cognoscitur caro à constitutivo, sed ab effecta: quandoquidem carnis non est insignis, ambulare in carne, sed secundum carnem ambulare. Ambulare in carne, est in carne, ut mortalis, vivere: secundum carnem vivere, vivere carni: & quia carni non vivebat, dicit, quod secundum carnem minimè militabat; igitur ita vivebat carne in Ecclesia militante, quasi iam triumpharet in caelesti. Non secundum carnem militabat, etiam militans in carne. Hoc opus & labor, verum fulgent castitatis triumphus & honor: quandoquidem extra committentem ordinem, in carne ambulare, tamquam ambularet extra carnem. Qui in carne ambulat, in virginitatis custodiam, sunt primo contra se, ut convertantur ad cor. Deinde, sese vidis, sunt in se, quippe iam direpta lis. Denum supra se sunt in ipsa conditione; quoniam secundum carnem non militant, ambulantes in carne. Unde cum non caro, sed corruptela constituat carnem, & status conditionem; sine conditione carnis, non mirum, quod non sint homines. Ordo plane inter homi-

Caro sine carne.

nes Angelicas, cum sint incorrupti extra labilem conditionem status. Mittitur Baptista, ut prepararet vias Domini; & Dominus turbis dixit: *Ille est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, Angelum? Uti que. Non est homo? Plusquam homo. Non magnus, quod esset Angelus in Angelis constitutione, sed quod esset Angelus in humana carne: quandoquidem mortibus extra carnem, in carne habebat Angelicam conditionem. Ioannes nomine, gratia, homo natura, Angelus excellentia. Operationes naturae sunt indicia: & Angelus vocatur conditione humana; quippequam in misera conditione moralis, actiones erant superioris conditionis, vitam gerens Angelicam in terris: siquidem ita vivebat in mundo, sicut Angeli sancti vivunt in caelo. Vivebat secum, sed sine se in conditione carnis: & cum ita vivere, sic vita caelestis vivebat tamquam Angelus in terra, vel homo in patria.*

Matth. 11. 10.

Baptista homo natura, sed Angelus excellentia.

Matth. 25. 1.

Virginitas immarcescibilis.

Apoc. 4. 6.

Ovveti.

12 *In conspectu sedis (Dei & Agni erat) tamquam mare vitreum, simile cristallo.* In adequatum simile puritatis, ingenium patet emblematis. Vitrum & cristallus in mari magno, ubi reptilia, quorum non est numerus, & ubi scopuli sentus? Ne mireris. *Quinque voluntatis voluntatisque ministris Officium faciunt, an magis officium?* Vitrum conditionem signat carnis, seu fragilitatem hominis: cristallus candorem & perspicuitatem, averfentem mortalium conditionem. Viacitur natura gratia, & videatur in hominibus donam Angelicum; igitur vitrum conditionis permutatur in

Lu. 2

SPY.

Per illam fragilitatem loquatur.

crystallum, cum pulchritudo virginis coruscantis candoris, rutillet ita vivax in vitro fragiitate. Crystallus aqua est, dum aqua, inconstans: ideo fluit, & inferiora petit. Si conereta, fiat tamquam saxum, sed pellucidum: & caro fragilis uti vitrum transmutatur in crystallum; quoniam ad virginis gloriam per celi gratiam, crystallus pulchra transformatur in petram. Hispan. *La laqueza se buelve crystal de roca.*

15 Contemplamur triumphum. *Vidi* (inquit ecclasticus Joannes) *tamquam mare vitreum mistum igne, & eos qui vicerunt:* stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei, & cantantes canticum. Super mare vitreum candor virginis constituit thronum, & super aquam exhalantem ignem. Victoriam singularem! igitur illustre & grande miraculum, quod non comburantur inter flammam, nec fatiscat ardore vitri fragilitas. Magnum utique: quippe frequenter cantant, ubi alij atque alij lamentabiliter plorant, illis est musica, quod alij tragœdia: etenim ubi victi iacebant, sine latione qui vicerunt, stabant. *Vidi stantes super mare vitreum:* ubi ignis, quo aestuabat, plusquam fluctibus mare? Ibi erat, sed victoribus quasi non esset ibi: siquidem amore virginis, illis, alij ambustis, non erat ignis. Parum cavet pectus flammam, dum inter flammam acceperunt citharas. *Super mare vitreum.* O forte pectus! o virtus! Vitrum facile rumpitur: & pes lubricus non labitur, dum leviore carnis pondere premitur? Stant? Miraculum est. Vitrum vel dum premitur, frangitur. Felix profecto pes, qui necitur, ubi nullus nictur. Felix utique: igitur adamantis fortitudo videtur in vitro, & vitrum fragilis conditionis lucet sicut adamantis. Latet argumentum *Didasc.* seq. Iure Joanni in caelo exponitur huiusmodi visio; cum virginibus idem sit esse in mundo, ac si essent in caelo. Supra se sint homines, ut levantur super se pondere virginis. Removeatur adhuc in carne caro, ut Angelica sit portio. Succinit Nazianzenus in *Carm.* ad Virginem. *Ne vitæ ipsa tua immittas ebineida, carnem,*

Gregor. Naa.

*Quæ volut iniecta propterantem compede puppim detinet, ac tantam cogit subsistere molem.*



DIDASCALIA IV:

Ingens in carne virginis labor: ex victoria summus decor.

1 Ta Ieremias Drexel. in *Niceta* lib. 2. profer de victoria D. P. Benedicte cap. 1. Confectum vidimus Tautolog. 3. *Didasc.* 10. & triumphum: modo exponemus trophæum; ut conlect virtutis decor, qui fuit in hoc Hercule tertiusdecimus labor. *Sapiens* (ait Senec. Epist. 59.) *ad omnem incursum munitus, & intentus, non si dolor impetum faciat, pedem referet: interritus & contra illa ibit, & inter illa.* In periculo impetum è tuto pectus validum, ut prævaleat periculum: verum minime periculum urgetur, ut valcat; quippe est fortis virtute constituitur, non potest premere à quibus premitur. Hocne facinus virtuti Benedicte servatum, ut ex confectu erigeretur trophæum: igitur in Veneris iacula irruit contra, & inter illa: quandoquidem in circuitu eius tempestas valida. Vulnera ingruebant Veneris, & Virtutis. Vulnerat amor, ut percat: odium, ne percat. Sagitte à Venere vibrantur amoris specie: à Benedicte, nomine odij, contorquentur spinæ. Fecit sui odium, ne periret, quod intendere amor ut perderet. Hic intulit voluptatem in dolorem: Benedicte dolorem in voluptatem. Inter vepres sese volutat, & quia iacuit vulneribus, vulnera vitæ. Vicie fomitem Veneris veprium stimulis. Vicie peccatum, quia mutavit incendium: siquidem traxit in corporis faucij dolorem, in fructum in corde à Venere voluptatem. Quam apte, etsi aliud, Claudianus de *Consul.* *Manlij Theodor.* v. 210. *Uz altus Olympi*

*Vertex, qui spatio ventos, biemesque, relinquit, Sic patiens animus, per tanta negotia liber Emergit, similisque sui, instique tenorem Fletere non odium cogit, non gratia suadet.* 2 *Quid sunt plage iste?* Non sunt plage, sed medicina plagarum: igitur per flagella expellitur Veneris plaga. Iure interrogatur *Quid sunt?* Siquidem ignoratur an sint, cum appareat medicamina, flagella inflicta. Sauciatur, ne faucietur: etenim videtur medicamina vulnera. *Quid sunt plage iste?* Id est, ad quida Faxò responder: *His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me.* Non queritur ubi, & à quibus vul-

Drexel.

Virtus magna, pericula superare inter pericula. Senec.

Confessus Benedicte intervenere, & virtutem.

Claudian.

Zich. 13.6. Morificatio carnis præfusa Veneris.

Ibidem.

Spicula Veneris hebetantur spiculis.

Ovid.

Idem.

Virgil.

Contentio Benedicte in signis.

Paulina.

Prud.

Et confusa Veneris.

nus, sed ad quid plagatus? Aptè respondet. Sunt vulnera blanda Cupidinis, verum acerba doloris. Illa ab amore, ut virtus percat: hæc à virtute ut à vulneribus valeat. Odit qui diligit: diligit qui odit: & dum vulnera corpus spiculis fauciant; plage inflicte dicuntur ab his, qui plagatum diligebant: quippe periret odio, si mulceretur obsequio: & adhibetur pro medicamine plaga virtutis, ne periret in conficte iaculis Veneris.

3 Patent plage Benedicte ad his, qui diligebant. Ferrum Veneris pertransiit animam, sed non animum; quoniam dum corpus spinis faciavit.

*Lignum sine acumine venit, ferrumque volanti*

*Abfulerat iacula.* Ira feri Cupidinis mora, sed frustrâ. Nec salmine lenius arsit, sed flammam flammâ compefcuit. Rediit in cineres, quæ ardebat sanguinis pabulis: & in vivaces Cupidinis scintillas;

*Idem. Emicat ex oculis, spirat quoque pectore flammam.*

Veneris fervet opus, igitur tentatum mollescit ebur; verum non recessit vel in tentatione candor. Adhuc instat in audacem. Caterum Benedicte valuit:

*Virgil. Telumque intorsit in hostem. Inde aliud super, atque aliud fixitque volatque Ingenti gyro. Sed sustinet aureus umbo.*

Nimirum victor cum cecidisset, erat. Torpuerat manus valida, & facies paltebat rubore suffusa. Ita victa, quæ semper victrix? Ita victrix caro languens.

*Uritur igne*

*Frigoris & gelido cæli de rore rigescit.* Canit in propositum Paulinus *Natal.* 4. v. 201. & Prudentius in *Psychomach.* v. 970.

*Fervent bella horrida, fervent*

*Osisibus, atque inclusa fremit discordibus armis*

*Non simplex natura hominis. Nam viscera limo*

*Effigjata premunt animum. Contra ille sereno*

*Editus afflatus nigrantis carcere cordis*

*Astuat, & sordas ardeat inter vincla recusat.*

*O quoties animam, vitiorum peste repulsa, Sensimus, incaluisse Deo!*

corpore faucio: equidem in signum, spinæ veprium convertuntur in rosas, & in perpetuum caro popivitt flammam. Hoc est tropheum. *Stella cæli* dicuntur de humano genere. Sublimitas cæli in pulvere: Sane: quippe insignis videre homines inter Veneris flammam, sicut miramur in caelo splendescere stellas.

4 In honorem igitur transierunt triumphum, etiam instrumentum supplicij. Dum tunc in quo corpus volutavit, & Venerem SS. Patriarcha, videns humanus Seraph Franciscus in rosatum benedictione vertit. *Dignè sancta rei contemplationis Franciscus* (inquit Lucas Vvadingus tom. 1. *Annal. Minor.* anno. 1222. num. 5.) *profundè immerfus, sanctitatemque insignem magni scicum expendens Patriarchæ, qui tam duro & diro sibi succurrit remediò, dumeta at trechtans & exosculans; demùm signo crucis afficiens, in rosarium pulcherrimum divinum vertit virtute.* Quo factum est, ut detaceps ille locus in maiori haberetur reverentia, & rosatum utriusque Patriarchæ religione sacratum, miræ virtutis rosas prodecat, quæ multam ubique infirmitatum medelam attulerunt. Eadem invenies apud Alapid. in *Eccle.* 24. 18. Unde quidam utriusque devotus ingeniosè cecinit:

*Virginum sepiet florem Benedicte acutis Vepribus, & proprii rore cruoris alit.*

*Hinc dumeta novax, tanto succunda liquore Franciscique manu culta tulere rosas.*

*Falsa quidem roseo cecinare è germine Vates, Sed letuit falso carmine vera fides.*

*Scire cupis rosei stas exeat unde pudoris? Sole rosas potuit gignere puncta Venus.*

*Alludit fabulam de Rosa pedis Veneris sanguine tincta.* Hinc Pier. Valerian. *lib.* 55. cap. 8. de Veneris:

*Affixit duris vestigia caeca rosetis: Albaque divino picra cruore rosa est.*

*Secus in Divi Benedicte certamine. Veneris rosa albedinem commutavit in purpuram, quippe illius reticam concepit flammam.* Effudit, pro Venere vincenda, Benedicte à toto corpore sanguinem; atramen purpurâ lilium corporis minime amittit candorem. De vulnere nati hyacinthi. Fidem altruunt Veteres falso carmine: igitur mirum, quod flo-reant albedine, qui nati sanguine.

*Urtica proxima saepe rosa est.* Sed numquam vitum, urtica proferre rosas. Plinius pro re mirabili refert lib. 24. cap. 13. *Alterum genus rubi est, in quo rosa nascitur.* Hoc genus rubi incognitum, quousque Benedicte tinxit sanguine cuspidis veprium: igitur efficacia cruoris, in

*Ab*

Gen. 22 17.

S. Franciscus ubi pres Benedicte convertit in flore.

Vvad.

Rosa ex sanguine Veneris lesa.

Pier. Valer.

E sanguine Benedicte rose candore.

Ovid.

Plin.